

**Summa utriusque iuris doctoris Raymundi w edycji Commune Incliti Poloniae regni  
privilegium constitutionum et indultuum publicitus decretorum approbatorumque.**

Starodruk, Biblioteka Jagiellońska, St. Dr. Cim. 8002

Odczyt: Kamil Sorka

Księga 2, rozdział 49, fol. XXII

**Quid sit legatum. Capitulum. XLIX.**

Legatum est donatio quedam a defuncto relicta ab herede prestanda. „Quedam” dico ad differentiam donationis inter vivos et donationem causa mortis. „A defuncto relictam”, quia vivo testatore non tenet legatum. „Ab herede prestandam”, nam addita hereditate statim legatarius, qui est cui in testamento aliquid legatur, debet petere legatum ab herede et non per se occupare, alias caderet ab actione legati. Si vero legatarius petit legatum et heres non prestat vel si morieretur legatarius, antequam heres adiret hereditatem, tunc legatum transmittitur ad heredem legatarii. Si autem legatarius premoritur vivo testatore, tunc desinit legatum nisi legatarius habeat sibi coniunctum vel substitutum.

[hasła: legat, darowizna na wypadek śmierci, darowizna, skarga z tytułu legatu, legatariusz, transmisja]